

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1111

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

quet, dein *Job. Fabri Ep. Vien.* ut praevio tam impresso, quam ms. testimonio firmatur, continet *Biblia sacra* vulgatae lectionis praemissis passim *Hieronymi* Praefationibus, et Summariis illis, quae deinceps etiam in *Biblia glossata* cooptata sunt. Atque Ordo quidem Librorum hic est: *Pentateuchus, Josue, Judicum, Ruth, Reges, Paralipomena, Esdrae L. I. Nebemias, Esdrae L. III.* apocryphus, qui hic inscribitur *II. Tobias, Judith, Esther, Job, Liber hymnorum uel soliloquiorum prophete de christo*, id est, *Psalterium, Parabolae, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia, Ecclesiasticus, Prophetiae IV. majores, et XII. minores, Machabaei* cum duplici *Rabani* Prologo ad *Lodouicum* Regem et *Geroldum* Archidiaconum. *IV. Evangelia, Epistolae Pauli, Actus Apostolorum, Epistolae Canonicae*, ubi *I. Job. c. 5.* in Testimonio terrestri postposito desunt verba: *et hi tres unum sunt*; demum *Apocalypsis*, et notae illae vocum hebr. et graec. *Interpretationes.* Margines omnes manus *Sec. XVI.* notulis lectu difficillimis conscribillavit.

XVI.

R. 563 Codex membraneus lat. *Sec. XIV.* Folior. 330. 4. per duas columnas perquam nitide, sed minute scriptus et illustratus colori-

bus complectitur sacra *U. T. Biblia* e vulgata versione *Prologis Hieronymi* et consuetis Argumentis instructa, et a secunda manu in margine elimata, ad quae, quod sequitur, observo. *Fol. 113. p. 2. Liber II. Esdrae* inscribitur *Neemie prophete*, et deinceps *Liber III. Esdrae* non receptus in canonem adpellatur *II. Fol. 156.* post clausulam: *Explicit psalterium*, et Rubricam: *Incipiunt prologi*, nempe in Libros Salomonis, interjectus est spurius ille *Psalms: Pusillus eram inter fratres meos &c. Fol. 233.* *Machabaei* non habent Prologos *Rabani*, ut alias. *Fol. 288.* *Epistolae Canonicae* succedunt *Actis Apostolorum* ante *Paulinas. Job. I. c. 5.* sic legitur: *Quia tres sunt qui testimonium dant in (terra deletum) celo pater uerbum et spiritus s. et hij tres unum sunt et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua et sanguis et isti tres unum sunt. Fol. demum 305.* *Epistolae ad Colossenses* nulla quidem Rubrica, magna tamen Litera adjuncta est apocrypha illa ad *Laodicenses.*

*Fol. 315.* caractere majore sed *συγγεγραμ* adscripta sunt haec *Adminicula hermeneutica*: 1) *Summaria omnium Capitem IV. Evangelistarum* cum primis cuiusvis Capitis verbis. 2) *Versus Titulos Librorum biblicorum* complexi, atque hic inter alios:

Hinc colocen. Tessel. bini post Laodicenses.

3) Summarium illud biblicum metricum *Alexandri de Villa Dei O. M.* quod incipit: *Sex prohibet peccant &c.* a me jam alias indi-

*Ro. Corin. et Gal. Ephes. Phi. Co. Theff. Timo. Ti. Phil. Hebrae.*

## XVII.

U. 57 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 496. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricis comtus, et quondam *Collegio Episcopali ad S. Nicolaum* additus ab *Joh. Fabro* Antistite *Vien.* ut et manus praevia et *Προλογισμα* a. 1540. typis excusum testatur, est Exemplar sacrorum *Bibliorum* Lectionis vulgatae hoc quidem ordine decurrens: praemissis *Hieronymi* Prologis consuetis *Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Regum IV. Paralipomena* subiecta in margine *Manassis* Oratione, *Esdrae* et *Nehemias, Confessio Esdrae* desumpta ex ejus *Libro IV.* apocrypho c. 8. a v. 20 — 37. non sine varietate ab editis. Tum *Pro-*

## Editio

*Multi recipiunt Christum, sed non credunt in nomine unigeniti qui filium Dei consubstantialem negant, hoc est patri consubstantialem eum affirmant, hoc est essentiam quae pater est.*

Plenius certe Codex, quamvis pro *ἐπουσιον* manifeste legendum *ἐτερουσιον*, et *Arrianorum* mentio

catum. 4) Versus alii, ut *n. 2.* in quibus tamen nihil de *Laodicensibus*; ita enim *Pauli* Epistolae memorantur:

*verbia, Ecclesiastes* praevio Capitulari, *Cantica, Sapientia, Ecclesiasticus, Job, Tobias, Judith, Esther* et *Machabaei.* Rursus *Prophetarum* IV. majores et XII. minores. Atque haecenus *Lex vetus.* Fol. 351. nova incipit ab *Omelia Origenis* in C. I. *Joh. In Principio erat Verbum &c.* hoc tenore: *Vox spiritualis aquilae auditum pulsat ecclesie &c.* Abjudicarunt ab *Origene* jam dudum *Critici* *Homilias* illas X. in *diversos N. T. locos*, in quarum serie *Nostra secunda* est, neque reproduxit eas *Car. Ruæus* in edit. *Opp. graecolat. Paris. 1733* — 59. f. extant tamen in *Editionibus* anterioribus lat. *Genebrardi*, puta *Paris. 1619.* P. II. p. 274. f. a quibus *Exemplum nostrum* non raro variat. Sit *specimen* p. 279.

## Codex

*Arriani recipiunt eum, sed non credunt in nomine eius, non credunt unigenitum dei filium patri consubstantialem, quousiōn eum negant, hoc est patri coessentialem, ἐπουσιον eum affirmant, hoc est, alterius essencie, quam pater est.*

*Origenem* autorem excludat. *Homiliam* hanc porro excipiunt *Evangelia* praevis *Hieronymi* Prologis